



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

6. Vtrum omnia sacramenta imprimant characterem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

In corpore est vna conclusio: Character indelebiter manet in anima. Probatur: Omnis sanctificatio, quae fit per sacerdotium Christi, est perpetuae consecrata manente, sed character sacramentalis est quaedam participatio sacerdotii Christi aeterni, in eius fide: Ius secundum animae partem incorruptibile, ergo character indelebiter manet in anima. Maior & probatur & declaratur: Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est aeternum, ut patet auctoritate scripturae. Declaratur vero ex eo, quod res inanimatae consecrata a ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationem, quod in hunc modum patet in Ecclesiis, calicibus, &c. Maior vero quod ad primam partem, declaratur ex duobus. Primo, ex proportionatae Christi secundum plenam sacerdotij potestatem, & fidelium eius est aliqua potestas respectu sacramentorum, & cultus &c. Secundo, ex hoc, quod Christo non conuenit habere characterem. Quod secundum autem patet, si aeternum non oportet aliter probari. Quo ad tertiam vero probatur ex eo, quod anima est subiectum characteris sacerdotij intellectum.

Aduertit hic, quod in minori propositione apponimus ly aeterni, propterea quia character habet rationem instrumentalis. Ceterum, quod nisi principale ages sit aeternum, impossibile est ponere instrumentalem eius virtutem perpetuam. Aduertit secundo ly re consecrata manente: quoniam inde apparet responsio ad 5o num. in 4. sent. dist. 6. quod 9. obicitatem ex indelebilitate characteris negatione virtutis supernaturalis in sacramentis: quia virtus illa nunquam potest corrumpi eodem modo, quo characterem indelebiter Thomas ponit. Respondemus liquidem, quod virtus in sacramentis existens manet quantum sacramentum manet, sicut & character durat, quantum anima durat: durans siquidem sacramentum durat, & virtus illa. Et sicut si cessaret esse anima, cessaret & eius character, cessante sacramentum, cessat virtus in illo. Et quoniam constituta sacramenta omnia paululum dura

resurrectionem non erit matrimonium, quia cessabit generatio ad quam ordinatur matrimonium. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur, non remanebit in patria, in qua nihil agitur in figura, sed totum in nuda veritate, ergo character sacramentalis non manet in perpetuum in anima, & ita non inest indelebiter.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in secundo contra Parmenianum, non minus haerent sacramenta christiana quam corporalis nota militie: sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo qui veniam meretur ab imperatore post culpam, ergo nec character sacramentalis deleri potest.

RESPONDEO. Dicendum, quod (sicut dictum est) character sacramentalis, est quaedam participatio sacerdotij Christi in fidelibus eius: ut scilicet sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotij potestatem, ita fideles eius ei configurentur in hoc, quod participant aliquam spirituales potestatem respectu sacramentorum, & eorum quae pertinent ad diuinum cultum: & propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotij eius comparatur ad characterem, sicut id, quod est plenum & perfectum ad aliquam sui participationem. Sacerdotium autem Christi est aeternum, secundum illud Psalm. 109. Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Et inde est, quod omnis sanctificatio, quae fit per sacerdotium eius, est perpetua, re consecrata manente, quod patet etiam in rebus inanimatis, nam ecclesiae uel altaris manet consecratio semper, nisi destruat. Cum igitur anima sit subiectum characteris secundum intellectiuam partem, in qua est fides, (ut dictum est) manifestum est, quod sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis, ita character indelebiter manet in anima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliter est in anima gratia, & aliter character. Nam gratia est in anima sicut quaedam forma habens esse completum in ea: character autem est in anima, si-

re, utpote habentia verba pro formis, ideo mirum non est si spirituales uirtutes eorum crebro esse desinant.

In responsione ad primum, aduertit rationem Auctoris, ex philosophia non solum principia, sed testimonium ad sensum habere. Videmus enim motum caelestem durationem ex parte motus foris: tantumque sit huiusmodi rerum (quarum esse consistit in fieri) duratio ex parte agentis, ut negantes cōseruari permānentes res manu Creatoris concedant huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agente perpetuo, ut Auer. in 12. Metaph. testatur. Et habes in hac littera aliam rationem radicale huius differentiae, inter formam habentem esse completum, & formam, quae est uis instrumentalis, quia, si illa quasi fixa in subiecto, sequitur conditione subiecti: ista uero quasi defluxus quidem agentis illius sequitur conditionem.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Augustinus dicit ibidem, nec ipsos apostatas uidemus care re baptisate: quibus utique per poenitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non possunt, & huius ratio est: quia character est uirtus instrumentalis, ut dictum est. Ratio autem instrumenti consistit in hoc, quod ab alio moueatur: non autem in hoc quod ipsum se moueat, quod pertinet ad uoluntatem. Et ideo quantumcumque uoluntas moueatur in contrarium, character non remouetur propter immobilitatem principalis mouentis.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis post hanc uitam non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus: & ideo post hanc uitam remanet character, & in bonis ad eorum gloriam, & in malis ad eorum ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam uictoriam, & in his, qui uicerunt, ad gloriam, & in his qui sunt uicti, ad poenam.

ARTICVLVS VI.

Utrum per omnia sacramenta nouae legis imprimatur character.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod per omnia sacramenta nouae legis imprimatur character. Per omnia enim sacramenta nouae legis fit aliquis particeps sacerdotij Christi: sed character sacramentalis nihil est aliud quam participatio sacerdotij Christi. ut dictum est, ergo uidetur, quod per omnia sacramenta

mirum non est si spirituales uirtutes eorum crebro esse desinant. In responsione ad primum, aduertit rationem Auctoris, ex philosophia non solum principia, sed testimonium ad sensum habere. Videmus enim motum caelestem durationem ex parte motus foris: tantumque sit huiusmodi rerum (quarum esse consistit in fieri) duratio ex parte agentis, ut negantes cōseruari permānentes res manu Creatoris concedant huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agente perpetuo, ut Auer. in 12. Metaph. testatur. Et habes in hac littera aliam rationem radicale huius differentiae, inter formam habentem esse completum, & formam, quae est uis instrumentalis, quia, si illa quasi fixa in subiecto, sequitur conditione subiecti: ista uero quasi defluxus quidem agentis illius sequitur conditionem.

Super Quaestione sexagesimae tertiae Articulus sextus.

Titulus clarus est. In corpore una conclusio: Per tria sacramenta tantum imprimatur character. Hac conclusio quo ad exponere negatiua implicite ponitur in littera. Et sicut tota in littera implicite probatur, primum ponendo supradicta de characteribus, quod est potestas ad recipiendum vel tradendum ea, quae sunt diuini cultus. Ex hoc, non supposito principio procedit Auctor, quasi subsumendo, quaedam sacramenta non spectare directe ad nouum cultum diuinum, aut non ordinare ad recipiendum vel tradendum: ac per hoc in his non imprimi characterem, unde distinguit in primis Auctor duos sacramentorum fines, scilicet remedium peccati, & diuinum cultum. Et in primo omnia dicit conuenire: in secundo autem non quod probat de sacramentis poenitentiae: subdistinguit deinde in tria membra sacramenta ordinata ad secundum finem, & excluso vno eorum, scilicet Eucharistiae, concludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clare patet processus in littera. Aduer-

Art. 2.

Lib. 1. contra Dona. par. 1. a prin. to. 7.

In solutio- ne p. 2.

Intra. q. 72. artic. 5. Et 4. di. 4. q. 1. art. 4. q. 2. & 3. Et q. 3. art. 2. q. 3. Et dist. 7. q. 2. art. 1. q. 1. & q. 3. art. 1. q. 1. Et dist. 21. q. 1. art. 2. q. 3.

2. ib. 1. ca. 1. q. 2. ca. 1. q. 2.

Art. 1. huius q.

Art. 1. huius q.

Art. 1. huius q.

Aduerte hic, quod circa eucharistiae sacramentum possunt duo considerari, scilicet ipsum sacramentum (quod nihil aliud est quam actio sacramentalis confisles in consecratione materiae) & potest considerari usus sacramenti, quo Eucharistia percipitur a nobis. Et de primo quidem, an imprimat characterem, sub questione cadere non potest, quia actio illa nihil ponit in animabus nostris: sed ad materiam exteriorē terminatur. De secundo autem Auctor loquitur, reddens rationem quare non imprimat nobis characterē, & cum hoc magnificans ipsum, quod continet Christum, in quo est fons omnium characterum.

Quaest. praeced. ar. 1.

Quaest. 62. ar. 5.

Ca. 3. eccle. hierar. circa prin. illius.

Q. 27. ar. 5.

ta nouae legis imprimatur character.

¶ 2. Praet. Character se habet ad animam, in qua est, sicut consecratio ad res consecratas: sed per quodlibet sacramentū nouae legis homo recipit gratiam sanctificantem, sicut ut supra dictum est, ergo uidetur quod per quodlibet sacramentum nouae legis imprimatur character.

¶ 3. Praet. Character est res & sacramentum. In quolibet autē sacramento nouae legis est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramentum, ergo per quodlibet sacramentum nouae legis imprimatur character.

SED CONTRA est, quod sacramenta in quibus imprimatur character non reiterantur, eo quod character, est indelebilis, sicut ut dictum est: quaedam autem sacramenta iterantur, sicut patet de penitentia, & matrimonio, ergo non omnia sacramenta imprimunt characterem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est sacramenta nouae legis ad duo ordinantur: scilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis commune, quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quod gratiam conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: sicut patet de penitentia, per quam homo liberatur a peccato: non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad diuinum cultum tripliciter: uno modo, per modum ipsius actionis alio modo, per modum agentis: tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit, in quantum est ecclesiae sacrificium: & per hoc idem sacramentum non imprimatur homini character: quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum, vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis & consummatio omnium sacramentorum, ut Dionysius dicit 3. c. Eccle. hierar. continet tamē in se ipsum Christum, in quo non est character: sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramentum baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesiae sacramenta, unde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad idem etiam ordinatur, quodammodo confirmatio, ut infra suo loco dicitur. sicut & ideo per haec tria sacramenta character imprimatur, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per omnia sacramenta sit homo particeps sacerdotii Christi, utpote percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid uel recipiendum, quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, quod

sacramentum characterem imprimat.

AD SECUNDUM dicendum, quod per omnia sacramenta sanctificatur homo, secundum quod sanctitas importat munditiam a peccato, quae fit per gratiam: sed specialiter per quaedam sacramenta, quae characterem imprimunt, homo sanctificatur quaedam consecratione, utpote deputatus ad diuinum cultum: sicut etiam res inanimatae sanctificari dicuntur, in quantum diuino cultui deputantur.

AD TERTIUM dicendum, quod licet character sit res & sacramentum, non tamen oportet omne id, quod est res & sacramentum, esse characterem: quid autem sit res & sacramentum, in alijs sacramentis infra dicetur.

QVAESTIO LXIII.

De causa sacramentorum, in decem articulis diuisa.

Super Quaestiois sexagesimae articulum primum.

DEINDE considerandum est de causa sacramentorum, siue per auctoritatem, siue per ministerium.

ET CIRCA hoc quaeruntur decem.

- ¶ Primo, Vtrum solus Deus interiorius operetur in sacramentis.
- ¶ Secundo, Vtrum institutio sacramentorum sit solum a Deo.
- ¶ Tertio, De potestate, quam Christus habuit in sacramentis.
- ¶ Quarto, Vtrum illam potestatem potuerit alijs communicare.
- ¶ Quinto, Vtrum potestas ministerij in sacramentis, conueniat malis.
- ¶ Sexto, Vtrum mali peccent dispensando sacramenta.
- ¶ Septimo, Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.
- ¶ Octauo, Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.
- ¶ Nono, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita scilicet, quod infidelis non possit tradere sacramenta.
- ¶ Decimo, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum solus Deus operetur interiorius ad effectum sacramenti.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non solus Deus, sed etiam minister interiorius operetur ad effectum sacramenti. Interior enim sacramenti effectus, est ut homo purgetur a peccatis, & illuminetur per gratiam: sed ad ministros ecclesiae pertinet purgare, illuminare & perficere, ut patet per Dionysium in 5. c. Cele.

Titulus clarus est.

In corpore una ponitur distinctio bi membris cum duabus conclusionibus singulis, iuxta singula membra, distinctio est: Operari effectum contingit uel per modum principalis agentis, uel per modum instrumenti. Prima conclusio est, solus Deus primo modo operatur effectum interiorum sacramentis. Et probatur dupliciter, ut patet clare in littera. Secunda uero conclusio est: Homo potest operari ad interiorum effectum sacramentis secundo modo. Et probatur quia minister habet rationem instrumenti, &c.

Aduerte hic, quod cum in littera dicitur, Solus Deus est causa gratiae, intelligas de causa principali: quoniam de illa est sermo in prima conclusione, pro qua hoc dicitur, & superius determinatum est sacramenta causare instrumentaliter gratiam. Et hic in secunda conclusione dicitur, hominem ministerialiter causare interiorum effectum sacramenti eadem ratione, quia sacramentum est causa gratiae: quoniam ministro uisitur Deus, sicut & sacramentali locutione, ut instrumento ad causandum interiorum effectum sacramenti. Immo una eademque uis instrumentalis perfecta est

Infrascripta Et 4. dist. q. 2. ar. 5.